Sebastianus Catalan Dei et Appostolicae Sedis gratia Episcopus Civitatis quia ob gravem et prolixam infirmitatem quae maiori anni parte laboravimus et nondum penitus antiquis viribus restituti ad personaliter sanctorum Appostolorum Limina visitanda et reddendam rationem gregis nobis commissi, in illis via, forma et modo quibus possumus praecipuam cupientes obligationem adimplere iuxta constitutionem felicitis recordationis Sixti V Pontificis Maximi. Discretum virum Martinum Gonzalez praesbiterum huius nostrae Dioecesis, et nostrae Ecclesiae Portionarium Nuntium et Procuratorem deputamus; quia etsi ad huius muneris executionem nostrae Cathedralis Dignitates, Canonicos et plurimos alios exquisierimus (ut et testimonio transmissio constabit); nullus tamen ausus est itineris incommodas superare. Qua propter humiliter Beatitudinem vestram deprecamur ut praedictum Martinum benignitate sua recipiat, mihique humillimo servo suo Appostolicae benedictionis gratiam per eum Paterna charitate transfundat; is enim nomine nostro huius Dioecesis statum Sanctitati vestrae ad longum aperiet, simulque filialis cordis affectionem sincerus exponet, qua Beatitudini vestrae gratitudinis debitum pro tot tantisque a me humili creatura vestra receptis beneficiis catholica charitate persolvimus.

Ad praesentationem ergo Regis nostri Catholici Caroli secundi, gratia et benignitate Sanctitatis vestrae de prebenda Magistrali Compostellanae Ecclesiae ad Episcopatum Civitatensem Provinciae Compostellanae (quamvis indignus) fuimus promoti et consecrati ab illustrissimo et reverendissimo Domino Andrea Giron Archiepiscopo Compostelano asistentibus Reverendissimis Episcopis Tudensi et Mindoniensi, ut ex testimonio originario huius functionis, tunc a nobis Romam misso liquido constabit; et quam primum potuimus Mirobricam sive Civitatensem Civitatem introivimus ubi pastoralis officii obligatione commoti in perniciosis abusibus penitus evertendis, et inordinatis atque confusis moribus reformandis omni cura et labore incubuimus, utpote principale quod correctione indigebat ex diuturno depravatoque militum contubernio, qui retro a tot annis cum bello Portugaliae longum trahit originem, in quo miseratione divina non penitus operam perdidimus, tum frequenti divini verbi praedicatione per nosmetipsos, tum etiam per Regulares in Civitate et Dioecesi, quibus idem munus commissimus vitiorumque reprehensione, et publicorum delictorum punitione.

Haec dioecesis Civitatis circumscribitur finibus Dioecesium Salmanticensis, Cauriensis, Placentinae et Lamecensis Regni Portugaliae protenditurque in decem leucas hispanicas longitudinis, et quindecim latitudinis, in qua inter parva oppida principaliora sunt Villa de San Felices, quae duplici coenobio probatae Religionis illustratur, virorum uno Sancti Joannis Lateranensis Ordinis Sancti Dominici, mulierum altero de la Passion nuncupato,

quae sub regula Sancti Augustini et iurisdictioni Episcopi subiecta vivunt, ubi etiam sunt duo Hospitia in quibus varia opera misericordiae exercentur, alterum titulo de la Misericordia, alterum apelatum de Roque Amador= Villa de Lumbrales, cuius Episcopus obtinet dominatum, in qua est aliud Hospitale= Villa de la Ynojosa, et Villa de Cerralvo in qua existit conventus discalceatorum Sancti Francisci= Villa de Sobradillo, in qua est conventus Sancti Francisci regularis observantiae= Villa Sancti Martini de Trebejo, in qua est conventus recolectionis Sancti Francisci= Villa vulgo vocata Descarga Maria, et altera Guinaldo, in quibus sunt Hospitia pauperum, et in villis istis praeter alia oppida sunt Magistri puerorum, qui eos doceant legere et scribere, et instruant in misteriis nostrae Sanctae fidei Catholicae.

Ecclesia Cathedralis est dedicata Assumptioni Beatae Mariae Virginis, cuius edifitium est magnificum, antiquae et fortis structurae; Civitatis divus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis patronus colitur et veneratur; insignem reliquiam continet brachium Sancti Ianuarii. Sunt in Cathedrali septem Dignitates: Decanus videlicet, Cantor maior, Archidiaconus Civitatis, Archidiaconus de Sabogal, Archidiaconus de Camazes, Thesaurarius, et Scholasticus. Praeter haec sunt tredecim Canonicatus, in quibus computantur Magistralis, Doctoralis, Lectoralis et Penitentiarius, et alter assignatus Tribunali Sanctae Inquisitionis Llerenensis. Sunt etiam tres integri Portionarii, et tres dimidii: duo capellani maiores, quorum provisio pertinet ad Episcopum quocumque die et mense vacent; et alii duodecim minores, et inferiores Ministri ad servitium Chori et Sacristiae deputati.

Census seu redditus Fabricae Ecclesiae Cathedralis, et mensae capitularis, et episcopalis sunt valde exigui, et cum ante Regni Portugaliae sublevationem annui redditus Canonicatum obtingentorum ducatorum summam monetae Hispanicae excederent, hodie bellici furoris strage trecentorum ducatorum nimirum non excedunt, quo fit ut Ecclesia pristino splendore deficiat et assistentia Chori minuat.

Post Matricem extant in Civitate Ecclesiae Parrochiales sequentis videlicet Parrochia Ecclesiae Cathedralis, quae est in Capella Sancti Blasii, in qua ministrantur sacramenta per duos vicarios, et habet aliam nuncupatam Sanctae Marinae vulgo del Puente, quae per alium vicarium regitur et administrantur sacramenta, et omnes vicarii designantur a Capitulo et aprobantur ab Ordinario= Parrochia Sancti Petri= Sancti Thomae= Sancti Andreae= Spiritus Sancti= Sancti Christophori= Sancti Joannis Baptistae Ordinis Sancti Joannis, in qua dictus ordo vel commendatarius nominat Priorem eiusdem ordinis Religiosum, qui debet esse aprobatus ab Ordinario= Sanctae Mariae

Charitatis ordinis Praemonstratensis cuius Parrochus est Religiosus eiusdem Ordinis aprobatus ab Ordinario.

Sunt in Civitate Conventus Sancti Dominici= Sancti Francisci de Observantia, ubi sunt Scholae Theologiae Scholasticae et moralis= Sancti Augustini, ubi etiam sunt Scholae Theologiae Scholasticae et Moralis, Artium, et Linguae Latinae= Conventus ordinis Sanctissimae Trinitatis= Monasterium Religiosorum Praemonstratensium= Conventus Monialium Sanctae Clarae= Conventus Monialium excalceatarum Sancti Francisci= Conventus Monialium Sancti Augustini, titulo Sanctae Crucis= Conventus Sancti Spiritus Monialium ordinis Terciariae Sancti Elisabetis Reginae Ungariae, quae iurisdictioni Episcopi subiecta sunt.

Adest etiam in hac Civitate insignis Capella divo Andreae dicata, et aedificata sumptibus Eminentissimi et Reverendissimi Domini Francisci Pacheco de Toledo Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis, qui fuit primus Archiepiscopus Burgensis, quam dotavit tredecim capellanis cum congruis redditibus.

Insuper sunt in hac Civitate duo Hospitalia, quorum alterum Passionis cognominatur, alterum Pietatis, in quibus exercentur magna opera Charitatis in pauperes per Aequites et nobiliores personas Civitatis.

In Dioecesi sunt quinquaginta et duae Ecclesiae Parrochiales, quarum aliquae habent alias iam pridem adiunctas sive anexas, nam licet olim plures essent frequentes Lusitanorum invasiones, qui triginta et quatuor oppida diruerunt ad praedictum numerum redegerunt. Postquam autem Dioecesim personaliter visitavimus, aliquae sunt iam reaedificatae, et in pristinum statum restitutae, speciosis paramentis ornatae et tabernaculis deauratis ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recondendum, ex eleemosinis fidelium congestis, et in dies coaugmentatis.

Haec sunt Beatissime Pater et Domine, quae possumus de grege nobis commisso Vestrae Beatitudini renuntiare: Omnes pietati inserviunt, et Catholicam Religionem auxiliis divinae gratiae mente illibata custodiunt; cum quibus omnibus ingenua provoluti ad Sanctitudinis vestre pedes prosternimur, humiliter Beatitudinem vestram deprecantes et exorantes ut nobis et ovibus nostris santissimam et Pontificiam dignetur benedictionem concedere, et aliquas spirituales gracias tam pro vita, quam pro mortis articulo ex ditissimo Ecclesiae thesauro liberaliter impertiri. Deum autem Optimum Maximum instantissime deprecamur ut Sanctitatem vestram per aeterna saecula servet incolumen ad fidei praesidium, haereticorum errorem, et universalis Ecclesiae Catholicae profectum.

Civitatensi, nonis Februarii anno Domini millesimo sexcentesimo octoagesimo sexto.

Sanctissime Pater et Domine. Sanctitatis Vestre pedes osculatur humilis suus servus et filius, Sebastianus Episcopus Civitatis.

Con ocasión de la visita, el obispo de Ciudad Rodrigo rogó al Papa le concediera la bendición apostólica *in articulo mortis* para él y toda su familia, a lo que accedió el Pontífice: "*Il vescovo Civitatis in Spagna, sufraganeo di Compostella, in occasione della visita dei Sacri Limini fatta per mezzo di un Procuratore presente in Curia, e dalla Santità Vostra ammesso, humilmente la supplica concederli la beneditione in articulo mortis per se, e per tutta la sua famiglia. Die 21 Augusti 1686. Sanctissimus annuit*"⁸.

11. FRAY FRANCISCO MANUEL DE ZÚÑIGA MANRIQUE Y SOTOMAYOR, O. S. A.

El fraile agustino cumplió con el deber de visitar al Pontífice y las dos basílicas romanas en cinco ocasiones, de las cuales conservamos tres memoriales.

11.1. VISITA AD LIMINA: AÑO 1696

La primera tuvo lugar en 1696, actuando como su procurador D. Juan García, doctor en Sagrada Teología, que actuó como sustituto del apoderado en primer lugar, P. Asistente de España de la orden de San Agustín, así como de Francisco Morales, a quien había otorgado el padre agustino la facultad de venir sustituido por otra persona. Se extendió a favor del citado Juan García, en nombre de fray Francisco, el certificado de haber cumplido la obligación de visitar las basílicas de la Urbe, San Pablo y San Pedro, con fechas del 15 y 16 de marzo de dicho año, respectivamente, mientras acudió a la congregación del Concilio el 16 de junio inmediato posterior, para dar cuenta del memorial del prelado y situación del territorio diocesano.

⁸ En el texto de la relatio se encuentra una apreciación concreta en el margen: "*Visitatio facta*". Esta anotación marginal, en letra y tinta similar a la del documento precedente, está corroborada por los certificados expedidos a favor del procurador designado por el obispo de Ciudad Rodrigo, de los cuales consta haber visitado las basílicas de los Apóstoles San Pedro y San Pablo, el 13 de mayo de 1686, y la visita a la Congregación del Concilio tuvo lugar el 12 de junio inmediato posterior. "*Illustrissimus annuit et Martinus Gonzalez in Curia, pro episcopo sacrorum limina visitavit*", y se le extendió el atestado afirmativo de la visita el día 22 del mismo mes y año

El prelado civitatense realizó en 1700 una nueva visita *ad limina* a través del padre Alonso Domínguez, de la misma orden agustiniana y asistente de los reinos hispanos, con certificado del cabildo catedral de Ciudad Rodrigo atestiguando que ningún capitular quiso ir a Roma, aunque por fortuna disponemos del memorial que redactó el prelado para informar al Papa de la situación que presentaba la diócesis civitatense, además de contar con los certificados de los responsables de las basílicas de San Pedro y altarista de la misma, a 26 de enero de 1701, junto al de de San Pablo, que suscribe el mismo día un monje de San Benito, y verificarse la *attestatio* pro 29 quadrenio, a 29 de enero de 1701.

En el poder, fechado en Ciudad Rodrigo el día 6 de octubre de 1700, recuerda el prelado que es *“maestro de Sagrada Theologia del borden de los hermitaños de nuestro padre San Agustin por la grazia de Dios y de la Santa Sede Apostólica obispo de esta dicha Ziudad y obispado, del Consejo de Su Majestad y su theologo en la Real Junta de la Inmaculada Conzeption, el cual dispuso nombraba y nonbro por su procurador verdadero gestor y actor y nuncio especial con calidad que la especialidad no derogue la generalidad ni por el contrario conbiene a saber al Reverendisimo Padre Maestro fray Alonso Domínguez del borden de nuestro Padre San Agustin asistente general de España residente en la Corte romana especialmente para que en nonbre de dicho señor constituyente y representando su propia persona pueda parecer y parezca ante Su Santidad y su Illustrisimo Datario y Vizecanzelario o persona que sus bezes y facultad tenga y defiendan al señor constituyente de todos y cualesquiera pleitos que por cualesquiera personas se le mobieren o mobiere dicho señor constituyente en las cuales aga todas las delijenzias judiciales y extrajudiciales que convengan y sean necesarias de se hazer= Y asimismo le da este poder ad bisitandum limina apostolorum, y besar el pie a Su Santidad y en razón de ello aga las suplicas necesarias como el señor constituyente lo pudiera hazer siendo presente atento no puede parecer personalmente en rroma por estar ejerciendo el ofizio pastoral acudiendo a la administración de Justicia y pasto espiritual de sus obejas y en razón de lo rreferido aga todas las delijenzias que sean necesarias de se hazer segun lo dicho... lo otorgo siendo testigos D. Joachin Lopez de Atocha, D. Bernardo Gonzalez y D. Luis Portero de Sotomayor familiares de su Illustrisima”, legitimando la firma del notario apostólico autorizante, D. Francisco de la Mata y San Miguel, los igualmente notarios apostólicos civitatenses D. Francisco Derriubra, Pedro Muñoz de Muradal y Antonio de la Mata”.*

D. Antonio Manuel de Medina, canónigo de la catedral de Ciudad Rodrigo, secretario y contador de la corporación capitular y notario apostólico, expide el certificado *“como en el cavildo ordinario que por los señores*

presidente y cavildo (por estar ausente el señor Dean) çelebraron a diez y ocho de benero de este presente año de mil y seteçientos, al folio çinquenta y uno del libro de acuerdos capitulares que ahora rige, el señor Tesorero D. Diego Miguel de Castro, en nombre del Illustrisimo y Reverendissimo señor Don Francisco Manuel de Çuñiga y Sotomayor, y Mendoza, obispo y prelado de esta Çiudad, y obispado, propusso si algun señor prevendado queria yr a Roma a haçer la visita ad limina Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, y rendir la obediencia a su Santidad, su Illustrisima daria su poder a la persona de la comunidad que el cavildo gustasse; y oyda dicha proposicion se difirio la resolución para otro cavildo, y en el que se çelebro en veinte y siete de dicho mes y año... los señores dieron comision al señor tesorero D. Diego Miguel de Castro para que vea al señor obispo, y en nombre del cavildo le de las graçias a su Illustrisima por la atención que a tenido, proponiendo al cavildo nombrase personas para yr a Roma a haçer la visita ad limina Santorum Apostolorum Petri et Pauli, y rendir la obediencia a su Santidad; y que ningun señor capitular se disponia a haçer este viage, y que asi su Illustrisima de poder a quien gustare para haçer esta funcion... di el presente en la dicha çiudad de Ciudad Rodrigo a onze de jullio del año de mil, y seteçientos, y en fee de ello lo signe y firme. En testimonio de verdad. Antonio Manuel de Medina. Canonigo secretario notario apostólico". Rubricado.

11.1.1. Relatio

La *relatio* inicia con las causas que sirven de fundamento al prelado para excusarse de realizar la visita personalmente: "*Don frater Franciscus Emmanuel de Zuñiga... quia ob consumptionem unius integri anni in litte cum laico ob defensionem libertatis et immunitatis Ecclesiae, ut perspicuum fuit et Beatitudini vestrae et Vestrae Congregationi; et ob graves infirmitates, et prolixas, quibus maiori duorum annorum parte laboravimus, et nondum penitus antiquis viribus restituti ad personaliter SS. Apostolorum Limina visitandam, et redendam rationem gregis nobis commissi... praecipuam cupientes obligationem adimplere... nuntium et procuratorem deputamus*".

Después de señalar que fue consagrado por el nuncio en España y sus asistentes, añade: "*quam primum potuimus Mirobricam, sive Civitatensem Civitatem introivimus, ubi pastoralis offitii obligatione commosi ex perniciosis abusibus penitus evertendis, et inordinatis, atque confussis moribus reformandis omni cura, et labore incubuimus, ut pote principale quod correctione indigebat ex diuturno depravatoque militum contubernio, qui retro a tot annis cum bello Portugaliae longam trahit originem, in quo miseratione divina non penitus operam perdidimus, tum corrigendo mores in Visitatione,*

tum frequenti Divini Verbi praedicatione per regulares et alios, quibus hoc munus commissimus, vitiorumque reprehensione, et publicorum delictorum punitione.

Haec Dioecesis Civitatensis circumscribitur finibus Dioecesium Salmanticensis, Cauriensis, Placentinae et Lamacensis Regni Portugaliae, protenditurque in decem leucas hispanicas longitudinis, et quindecim latitudinis, in qua inter parva oppida principaliora sunt Villa de Sant Felices, quae duplici coenobio probatae religionis illustratur. Virorum uno Sancti Joannis Lateranensis Ordinis Sancti Dominici, mulierum altero de la Pasion nuncupato, quae sub regula Sancti P. Augustini, et jurisdictioni episcopi subiectae vivunt, ubi etiam sunt duo Hospitalia in quibus varia opera misericordiae exercentur, alterum titulo de la Misericordia, alterum appellatum de Roque Amador: Villa de Lumbrales, cuius Episcopus obtinet Dominatum, in qua est aliud Hospitale= Villa de la Hynojosa, et Villa de Cerralbo, in qua existit Conventus discalceatorum Sancti Francisci= Villa de Sobradillo in qua est conventus Sancti Francisci regularis obserbantiae= Villa Sancti Martini de Trebejo in qua est conventus recolectionis Sancti Francisci= Villa vulgo vocata Descarga Maria, et altera Guinaldo, in quibus sunt Hospitia pauperum; et in villis istis, praeter alia oppida, sunt Magistri puerorum, qui eos doceant legere, et scribere, et instruant in misteris nostrae sanctae fidei Catholicae.

Ecclesia Cathedralis est dedicata Assumptioni Beatae Mariae Virginis, cuius aedificium est magnificum, antiquae et fortis structurae. Civitatis Divus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis patronus colitur, et veneratur; insignem reliquiam continet brachium Sancti Januarii, sunt in Cathedrali septem Dignitates, Deccanus, videlicet, Cantor maior, Archidiaconus Civitatis, Archidiaconus de Sabogal, Archidiaconus de Camazes, Thesaurarius, et Scholasticus. Praeter haec sunt tredecim Canonicatus, in quibus computantur Magistralis, Doctoralis, Lectoralis et Paenitentarius, et alter assignatus tribunali Sanctae Inquisitionis Elerensis. Sunt etiam tres integri Portionarii, et duo dimidii, duo Cappellani maiores, quorum provisio pertinet ad Episcopum quocumque die, et mense vaccent; et alii duodecim minores, et inferiores Ministri ad servitium Chori, et sacristiae deputati.

Census seu redditus fabricae ecclesiae Cathedralis, et mensae Capitularis, et Episcopalis erant valde exigui ob sublevationem Regni Portugaliae, caeterum hodie, post factam pacem, annui redditus Canonicatum sunt sexcentorum ducatorum monetae Hispanicae et Ecclesiae per dies restituitur pristinus splendor et asistentia chori.

Post Matriçem extant in Civitate Ecclesiae Parrochiales sequentes videlicet Parochia Ecclesiae Cathedralis, quae est in Cappella Sancti Blasii, in

qua ministrantur sacramenta per duos vicarios, et habet aliam nuncupatam Sanctae Marinae vulgo del Puente, quae per alium vicarium regitur, et administrantur sacramenta, et omnes vicarii designantur a Capitulo, et approbantur ab Ordinario. Parrochia Sancti Petri= Sancti Thomae= Sancti Andreae= Spiritus Sancti= Sancti Christophori= Sancti Joannis Baptistae Ordinis Sancti Joannis, in qua dictus ordo vel commendatarius nominat Priorem eiusdem Ordinis religiosum, qui debet esse approbatus ab Ordinario= Sanctae Mariae Charitatis ordinis Praemonstratensis, cuius Parrochus est religiosus eiusdem Ordinis aprobatus ab Ordinario.

Sunt in Civitate conventus Sancti Dominici= Sancti Francisci de obserbantia, ubi sunt scholae Theologiae Scholasticae, et Moralis= Sancti Augustini, ubi etiam sunt Scholae Theologiae Scholasticae, et Moralis, Artium, et Linguae Latinae= Conventus ordinis Sanctissimae Trinitatis= Monasterium religiosorum Praemonstratensium= Conventus Monialium Sanctae Clarae= Conventus Monialium exalceatarum Sancti Francisci= Conventus Monialium Sancti P. Augustini titulo Sanctae Crucis= Conventus Sancti Spiritus Monialium ordinis Tertiariae Sanctae Elisabethis Reginae Ungariae, quae iurisdictioni episcopi subiectae sunt.

Adest etiam in hac Civitate insignis Cappella Divo Andreae dicata, et aedificata sumptibus Eminentissimi et Reverendissimi D. Francisci Pacheco de Toledo S. R. E. Cardinalis, qui fuit primus Archiepiscopus Burgensis, quam dotavit tredecim Cappellanis cum congruis redditibus.

Insuper sunt in hac Civitate, duo Hospitalia, quorum alterum Pasionis cognominatur, alterum Pietatis, in quibus exercentur magna opera charitatis in pauperes per Aequites, et nobiles personas Civitatis.

In dioecesi sunt quinquaginta et duae ecclesiae parochiales, quarum aliquae habent alias iam pridem adiunctas, sive annexas, nam licet olim plures essent, frequentes Lusitanorum invasiones, qui triginta et quatuor oppida diruerunt, ad praedictum numerum redegerunt: In visitatione tamen dioecesis (circa quam actualiter versamur et precipue in Visitatione ecclesiae cathedralis quae nunquam fuerat formaliter visitata, dicente capitulo sic esse consuetudinis, quae ratio non praevaluit) vidimus aliquas esse iam reedificatas, et in pristinum statum restitutas, et alias reedificari, speciosis paramentis ornatas et eleemosinis fidelium congestis, et in dies coaugmentatis.

Haec sunt Beatissime Pater, et Domine, quae posumus de grege nobis commisso vestrae Sanctitati renuntiare. Omnes pietati inserviunt, et catholicam religionem auxilii divinae gratiae mente illibata custodiunt, cum quibus omnibus in genua provoluti, ad Beatitudinis vestrae pedes prosternimur,

humiliter sanctitatem vestram deprecantes, et exorantes, ut nobis et oivibus nostris sanctissimam et pontificiam benedictionem concedere dignetur; et aliquas spirituales gratias tam pro vita quam pro mortis articulo ex ditissimo ecclesiae thesauro liberaliter impertiri. Deum Optimum Maximum instantissime deprecamus, ut Beatitudinem Vestram per aeterna saecula servet incolumen ad fidei praesidium, hereticorum terrorem, et universalis ecclesiae catholicae profectum. Civitatis nonis octobris anno Domini millesimo septingentesimo. Sanctissime Pater et Domine. Sanctitatis Vestrae Pedes osculatur. Humilis suus servus et filius Franciscus Episcopus Civitatensis”.

11.2. VISITA AD LIMINA: AÑO 1705

La visita de 1705 viene realizada igualmente por procurador, pero a diferencia de la anterior actuó como apoderado D. José Antonio Brito, sacerdote diocesano civitatense, presente en curia romana, ante la inexistencia de un capitular de la catedral que aceptase el encargo. El 18 de marzo del año citado realizó las dos visitas de las basílicas de San Pedro y San Pablo, mientras el atestado de cumplimiento del encargo se fecha en la Congregación para elevarlo al Santo Padre Clemente XI en Roma el día 14 inmediato antecedente. El poder notarial es expedido por el notario apostólico de Ciudad Rodrigo D. Francisco de la Mata y San Miguel, el 4 de febrero de 1705, con la fórmula ritual que encontramos en otros prelados: “*ad praemissa vacare non valens ob loci distantiam, aliisque praepeditis negotiis et impedimentis, et confisus de bonitate, integritate, et in rerum gerendarum solertia Domini*”, actuando como testigos los licenciados Manuel de Contreras, José García de León y Nicolás Feroz, familiares del prelado.

La *relatio*, fechada el día anterior de las nonas de febrero, es más breve que la precedente y excusa que no haga personalmente la visita “*ob gravem et prolixam infirmitatem, qua maiori anni parte laboravimus, et nondum penitus antiquis viribus restituti*”, reproduciendo sustancialmente el memorial latino de 1700, excepto en la parte económica de la diócesis, con ocasión de la guerra de sucesión al trono español, puesto que afirma: “*Census seu redditus fabricae ecclesiae cathedrales, et mensae capitularis et episcopalis sunt valde exigui, et cum ante Regni Portugaliae sublevationem annui redditus canonicatum octingentorum ducatorum summae monetae hispaniae excederent, hodie bellici furoris strage trecentorum ducatorum numerum non excedunt, et si prosequitur bellum praesens cum dicto Regno nec quinquaginta ducatorum numerum poterit excedere; quo fit ut ecclesia pristino splendore deficiat, et assistentia chori minuatur*”. Al tratar de las instituciones mirobrigenses, no deja de resaltar: “*Insuper sunt in hac civitate*

duo Hospitalia, quorum alterum Pasionis cognominatur, alterum Pietatis, in quibus exercentur magna opera charitatis in pauperes per equites et nobiliores personas Civitatis, praesertim hodie cum praesenti bello”.

Finalmente, en cuanto a las parroquias rurales de la diócesis no puede menos de referir la destrucción provocada con la contienda: *In dioecesi sunt quinquaginta et duae ecclesiae parochiales, quarum aliquae habent alias iam pridem adiunctas, sive annexas, nam licet olim plures essent, frequentes Lusitanorum invasiones, qui triginta et quatuor oppida diruerunt, ad praedictum numerum redegerunt. Post quam autem Dioecesi personaliter visitavimus, aliquae sunt iam reedificatae, et in pristinum statum restitutae, speciosis paramentis ornatae, et tabernaculis deauratis ad Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recondendum, et elemosinis fidelium congestis; caeterum strage praesentis belli cum Regno Lusitaniae plures, praesertim quae sunt in Campo qui vocatur de Argañan, sunt absque parochis, et loci, sine habitatoribus ob proximitatem Lusitaniae, sed supelectiles, et ornamenta illarum sunt reservata, et observata in hac Civitate, in qua, sicut et in caetera Dioecesi dimidia pars habitatorum requievit in pace, ob epidemicas infirmitates causatas a militibus, tam auxiliaribus, quam propriis”.*

11.3. VISITA AD LIMINA: AÑO 1709

La última visita de que tenemos constancia tuvo lugar en 1709, y en ella actuó como procurador, en virtud de poder notarial que data en Ciudad Rodrigo a 1 de mayo del año citado, ante el mismo notario apostólico de los poderes precedentes, el padre maestro fray Francisco de Hipensa, asistente de España de la orden de San Agustín, quien visitó las basílicas de San Pedro el día 26 de julio, y la de San Pablo, el 17 inmediato anterior, presentando además el memorial y documento notarial, que le permitieron cumplir el encargo con fecha 4 de julio del referido año, porque el prelado no pudo acudir personalmente al encontrarse, según la síntesis italiana de la súplica del apoderado, *“per la gran distanza, et infermità che patisce, ne essendovi nella sua chiesa persona che voglia venire a farla in suo nome, ne presente in Curia sacerdote diocesano al quale possa commetterla”.*

La *relatio*, con data en Ciudad Rodrigo a 30 de abril de 1709, es similar a las dos anteriores, y se limita a introducir ligeras modificaciones en razón de los desastres provocados por la contienda antes de la ascensión a la Corona española de Felipe V, como ocurre con las rentas de las prebendas de la catedral, en cuya materia afirma: *“bellici furoris strage praeterita trecentorum (ducatorum) et bello praesenti quinquaginta non excedunt”*, del

mismo modo que anota: *“Insuper est in hac Civitate unum Hospitale (erat alterum, sed nunc dirutum strage belli praesentis) Passionis cognominatum in quo exercentur magna opera charitatis in pauperes per equites et nobiliores personas Civitatis, para concluir: In Dioecesi sunt triginta et quinque ecclesiae parochiales, quarum aliquae habent alias... hodie sunt dirutae strage praesentis belli”.*

12. FRAY GREGORIO TÉLLEZ, O. F. M.

12.1. VISITA AD LIMINA: AÑO 1724

La primera visita *ad limina* que realizó el religioso franciscano corresponde al año 1724, aunque ejecutada en los primeros meses del año siguiente. Dada la edad del prelado y su precaria salud, no acudió personalmente a la Ciudad Eterna, sino que nombró procurador que la realizara en su nombre. Con este fin otorgó poder notarial en Ciudad Rodrigo, a 8 de diciembre del año citado, ante el notario apostólico José Pacheco de Ledesma, cuya firma legitiman sus colegas de oficio en Miróbriga: D. José Díaz del Castillo, D. José de Vega y D. Bernardo de la Puebla y Villanueva. Asistieron como testigos D. Juan Maldonado del Burgo, D. Cayetano Ferreyón y D. Francisco Zayas, y conforme a la literalidad del documento notarial:

“Fratr Gregorius Tellez... asseruit... Limina Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Urbe visitare, nec non praedicto Sanctissimo Nostro (Benedicto XIII) obedientiam praestare teneatur, et ad praemissa vacare non valens ob loci distantiam, aliisque praepeditis negotiis et impedimentis, et confisus de bonitate, integritate, et in rerum gerendarum solertia R. P. Fr. Hiacinthi Serrat commissarii generalis sacrae curiae pro familia cismontana S. Francisci de observancia, et R. P. Fr. Emmanuelis Fernandez del Rio secretarii Generalis praedicti ordinis, et ipsos quidem RR. PP. Fr. Hiacinthum Serrat, et Fr. Emmanuelem Fernandez del Rio, omnibus meliori via, jure, modo, et causa, quibus melius, validius, et efficacius de jure potuit, et debuit, fecit, constituit, creavit, et solemniter ordinavit suos veros, certos, et legitimos, et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores, ac nuntios speciales et generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, et quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis; sed quod unus eorum inceperit, alter vero possit proseguire, mediare, finire, et terminare, atque ad debitum finem, et effectum perducere; et specialiter, et expresse ad

ipsius Domini constituentis nomine, et pro eo praedicta Limina Sanctorum Apostolorum Visitandum, modo, et forma quibus visitare tenetur; obedientiam praedicto Sanctissimo Domino nostro praestandum, ceremoniasque quascumque in praemissis fieri solitas faciendum, ita ut vere, et realiter, et cum effectu praedictis constitutionibus, et sanctionibus, in omnibus, et per omnia satisfecisse videatur; ipse Dominus constituens ex nunc, pro ut ex tunc praedictam obedientiam in manibus infrascripti mei notarii praestat, et praestare vult, et intendit de praesenti, et in ampla forma, et promissis, et illarum occasione coram Sanctissimo Domino nostro et eminentissimis, ac Reberendissimis Dominis Cardinalibus sacrarum congregationum Sancti Concilii Tridentini, ac Rituum et Ceremoniarum, aliisque quibus opus fuerit comparendum; juramento quaecumque, si necesse fuerit in animam ipsius Reverendissimi Domini constituentis praestandum, caeteraque complendum ad hoc necessaria, et oportuna, ita ut ex defectu mandati praemissa omnia suum effectum sortiri non impediani”.

El certificado de ejecución de las visitas, a las dos basílicas romanas de San Pedro y San Pablo *extra muros* de la Urbe, se fecha el 8 de febrero de 1725, y el destinatario fue fray Jacinto Serrat, quien presentó en la Congregación del Concilio el memorial de la diócesis civitatense, que no es autógrafa del prelado más que en la subscripción final: “*Sanctissime Pater, et Domine. Sanctitatis Vestrae pedes osculatur. Frater Gregorius Episcopus Civitatisensis*”.

12.1.1. Relatio

“Sanctissime Pater et Domine. Frater Gregorius Tellez Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Civitatisensis, quia ob gravem et prolixam infirmitatem, qua maiori tam praeteriti, quam praesentis anni parte laboravimus, et nondum penitus antiquis viribus restituti ad personaliter sanctorum Apostolorum limina visitanda, et reddendam rationem gregis nobis commissi, in illis via, forma, et modo, quibus possumus praecipuam cupientes obligationem adimplere juxta constitutionem felicitis recordationis Sixti V Pontificis Maximi, discretum virum Patrem fratrem Hyacinthum Serrat Presbyterum, et sacrae curiae commissarium generalem pro Cismontana familia S. P. N. Francisci de Observantia (et in huius defectu P. Fr. Emmanuelem Fernandez del Rio secretarium generalem eiusdem Ordinis) nuntium, et procuratorem deputamus, quia etsi ad huius muneris executionem nostrae Cathedralis Dignitates, Canonicos, et plurimos exquisierimus, nullus tamen ausus est itineris incommoda superare, nec sacerdos aliquis huius nostrae dioecesis pro nunc in sancta Urbe invenitur. Quapropter humiliter Beatitudinem vestram

deprecamur, ut praedictum P. Fr. Hyacinthum Serrat, aut P. Fr. Emmanuelem Fernandez del Rio benignitate sua recipiat, mibique humillimo servo suo Apostolicae benedictionis gratiam per eum paterna charitate transfundat, simulque filialis cordis affectionem sincerus exponet, qua Beatitudini vestrae gratitudinis debitum pro tot, tantisque a me humili filio vestro receptis beneficiis catholica charitate persolvimus.

Ad praesentationem ergo Regis nostri Catholici Philippi V, gratia et benignitate sanctitatis Clementis XI felicitis memoriae de Religione S. P. N. Francisci de Observantia Provinciae Castellanae (quamvis indigni) fuimus per obedientiam promoti, et consecrati ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Joanne Camargo, Episcopo Pampilonensi, et generali Inquisitore, assistentibus RR. Dominis Episcopis Sionis et Larenensis, ut ex testimonio originario huius functionis tunc a nobis Romam misso liquido constabit, et quam primum potuimus Civitatem Civitatensem introivimus, ubi pastoralis officii obligatione commoti ex perniciosis abusibus penitus evertendis, et inordinatis, atque confusis moribus refrenandis omni cura et labore incubuimus, in quo miseratione Divina non penitus operam perdidimus, tum frequenti Divini verbi praedicatione per nosmetipsos in omnibus dioecesis locis, tum etiam per Missionarios apostolicos semel et iterum in Civitate et dioecesi, quibus idem munus commisimus, vitiorumque reprehensione, et delictorum publicorum punitione.

Haec dioecesis Civitatensis circumscribitur finibus dioecesium Salmanticensis, Cauriensis, Placentinae, et Lamacensis Regni Portugalliae, protenditurque in decem leucas Hispanicis longitudinis, et quindecim latitudinis in qua inter parva oppida principaliora sunt Villa de San Felices, quae duplici caenobio probatae religionis illustratur; virorum uno Sancti Joannis Lateranensis ordinis S. P. N. Dominici; mulierum altero de la Passion nuncupato, quae sub regula S. Augustini, et jurisdictioni Episcopi subiectae vivunt, ubi etiam sunt duo hospitia in quibus varia opera pietatis exercentur: unum dictum de la Piedad, alterum vulgo appellatum de Roque Amador= Villa Sancti Martini de Trebejo, in qua est conventus Recollectionis S. P. N. Francisci, et in eo studium liberalium artium, estque hospitium pro pauperibus peregrinantibus= Villa de Lumbrales cuius Episcopus dominatum habet, et in qua pro receptione pauperum hospitium unum= Villa de la Hinojosa et Villa de Zerralbo in qua existit conventus Discalceatorum B. P. N. Francisci= Villa de Sobradillo, et in ea est conventus observantiae eiusdem ordinis= Villa vulgo vocata Escarga-Maria, et altera de Guinaldo, in quibus sunt hospitia egenorum et in villis istis praeter alia oppida sunt magistri puerorum, qui eos doceant legere, scribere et instruant in misteriis N. S. Fidei Catholicae.

Ecclesia Cathedralis est dedicata Assumptioni B. Mariae virginis, cuius aedificium est magnificum, antiquae et fortis structurae, Civitatis et dioecesis D. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis Patronus colitur et veneratur; insignem habet reliquiam brachium S. Januarii Martyris. Sunt in cathedrali Dignitates septem: Decanus videlicet, Cantor Maior, Archidiaconus Civitatis, Archidiaconus de Sabogal, Archidiaconus de Camaçes, Thesaurarius, et Scholasticus. Praeter haec sunt decem et septem canonicatus, in quibus computantur Magistralis, Doctoralis, Lectoralis, Poenitentiarius, et alter assignatur Tribunali S. Inquisitionis Llerenensis. Sunt etiam tres integri Portionarii, et tres Dimidii, duo Capellani maiores, quorum provisio pertinet ad Episcopum quocumque die et mense vacent, alii duodecim minores insuperque inferiores ministri ad servitium chori et sacristiae deputati.

Post Matricem extant in Civitate Ecclesiae parochiales sequentes videlicet: Parrochia Ecclesiae Cathedralis, quae est capella Sancti Blasii, in qua ministrantur sacramenta per duos vicarios, et habet aliam nuncupatam Sanctae Marinae vulgo del Puente, quae per vicarium regitur et administrantur sacramenta et omnes vicarii designantur a Capitulo, et approbantur ab Ordinario= Parrochia Sancti Petri. Sancti Thomae. Sancti Christophori, Sancti Joannis Baptistae Ordinis Militaris Sancti Joannis in qua dictus Ordo vel Commendatarius nominat Priorem eiusdem ordinis Religiosum, qui debet esse ab Ordinario approbatus.

Sunt in Civitate conventus S. P. N. Dominici. S. P. N. Francisci Observantium ab ipso S. Patre fundatus, ubi sunt Scholae Theologiae Scolasticae, et Linguae Latinae. Sancti Augustini, ubi etiam sunt scholae Theologiae Scolasticae, et Moralis, et Artium Liberalium. Conventus ordinis SS. Trinitatis. Monasterium Religiosorum Praemonstratensium. Conventus Monialium Sanctae Clarae. Conventus Monialium Discalceatarum S. P. N. Francisci. Conventus Monialium Sancti Augustini. Conventus Sancti-Spiritus Ordinis Tertiarii S. Elisabethae Reginae Ungariae, quae jurisdictioni Episcopi subiectae sunt.

Adest etiam in hac Civitate insignis capella D. Andreae dicata et aedificata sumptibus Eminentissimi et Reverendissimi D. Francisci Pacheco, qui fuit primus Archiepiscopus Burgensis, dotavitque tredecim capellanis cum congruis redditibus, in ea asservatur SS. Eucharistiae sacramentum ex indulto SS. D. N. S. Pii V eamque ditavit pluribus, et insignibus reliquiis gratiasque concessit quam plurimas illas visitantibus.

Insuper sunt in hac Civitate tria hospitia, quorum alterum est pro Militaribus, aliud cognominatum de la Passion, alterum de la Piedad, in quibus exercentur magna opera charitatis, tam per ecclesiasticos, quam per equites et nobiliores personas Civitatis.

In dioecesi sunt quinquaginta et duae ecclesiae Parrochiales, quarum aliquae habent alias iam pridem adjunctas et annexas, nam licet olim plures essent, frequentes Lussitanorum invasiones, qui triginta et quatuor oppida diruerunt, ad praedictum numerum redegerunt. Postquam autem dioecesim personaliter visitavimus, aliquae sunt iam reaedificatae et in pristinum statum restitutae; decentibus ornamentis, et Tabernaculis deauratis ad SS. Eucharistiae Sacramentum recondendum illas ornavimus pro nostro posse, et ex elemosynis fidelium cultus in dies augetur.

Haec sunt Beatissime Pater; quae possumus de grege nobis commisso vestrae Beatitudini renuntiare: Omnes pietati inserviunt, et Catholicam religionem auxilii Divinae gratiae mente illibata custodiunt, cum quibus omnibus ingenua provoluti ad Sanctitudinis vestrae pedes prosternimur humiliter Beatitudinem vestram deprecantes, et exorantes, ut nobis, et oibus nostris Sanctissimam et Pontificiam dignetur benedictionem concedere, et aliquas spirituales gratias tam pro vita, quam pro mortis articulo, ex ditissimo Ecclesiae thesauro liberaliter impertiri. Deo autem O. M. instantissime deprecamur, ut Sanctitatem vestram per aeterna saecula servet incolumem ad fidei praesidium, haereticorum terrorem, et universalis ecclesiae catholicae profectum. Civitatensi...⁹.

⁹ El deber de la visita *ad limina* fue ejecutado en otras tres ocasiones por fray Gregorio Téllez, correspondiendo la segunda relatio al año 1729, y vino ejecutada igualmente a través de fray Juan Bermejo (comisario general de la Orden del prelado), que era uno de los dos religiosos franciscanos a quienes designó su procurador (el otro era fray Juan Quevedo, lector de Filosofía y postulador de la causa de la venerable madre Sor Juana de la Cruz, de la misma Orden), mediante poder otorgado en Ciudad Rodrigo el 2 de enero, ante el notario apostólico civitatense D. José de Vega, cuya presentación se recoge en la súplica que redacta en italiano para presentarla al Santo Padre: "Beatissimo Padre: Monsignor Frà Gregorio Tellez vescovo della Città Rodrigo in Spagna Oratore umillimo della S. V. Riverentemente. L'espone che non avendo potuto venire alla Visita de Sagri Limini, ne mandare per la gran distanza alcun suo diocesano, como anche per non ritrovarsi alcuno di questi in Curia, hà costituito per tale effetto suoi Procuratori Frà Giovanni Bernesso Commissario Generale di Curia e Frà Giovanni Cabedo dell' Ordine de Minori Osservanti, come della Procura trasmessa unita con la relatione dello stato della sua diocesi; supplica per tanto esso Oratore la somma benignità dellae S. V. à degnarsi di ammettere l'uno, e l'altro delli sudetti Procuratori, che il tutto etc.". La *relatio* ha sido expuesta literalmente entre los documentos, y sucintamente en su contenido, por Tellechea Idi-goras. De la misma destacamos su remisión a la visita de 1724, y la acomodación a lo prescrito en el Concilio romano de 1725: visitó enteramente el territorio y algunas partes de la diócesis dos veces; compró un órgano y biblioteca para el cabildo catedralicio, además de levantar una enfermería para los franciscanos de Miróbriga. Tan sólo destaca la presencia del monasterio premostratense de La Caridad, con cura de almas bajo control episcopal. Llama la atención sobre la escasez de sacerdotes, a causa de la ausencia del seminario, que no pudo erigir por falta de recursos económicos, si bien propone un medio de financiar su erección, a través de la adscripción de los beneficios vacantes. El franciscano fray Juan Bermejo cumplió con la visita de la basílica de San Pedro el 6 de abril de 1729, mientras que la certificación de San Pablo se expidió dos días más tarde, extendiéndose la *attestatio* a favor del 36 quadriennio el día 2 del mismo mes y año.

12.2. VISITA AD LIMINA: AÑO 1733

De nuevo cumplió el religioso franciscano con su deber de visitar los umbrales apostólicos y prestar obediencia al Pontífice en 1733, para lo cual otorga ante José de Vega, nuevo poder notarial datado en Ciudad Rodrigo, a 7 de octubre, con una fórmula similar a los precedentes, a favor de fray Bernardo Monterde, lector jubilado y procurador general en la curia del orden de San Francisco de la Observancia, y al padre fray Juan Quevedo, secretario general del mismo Orden, siendo testigos del otorgamiento D. Isidoro de Cosío y Bustamante y D. José de Villanueva.

En la audiencia del Santo Padre, celebrada el 14 de octubre de 1733, fue admitido el poder de visitar del prelado civitatense a través de uno de sus dos procuradores, lo que ejecutaría personalmente el padre Bernardo Monterde, como acreditan los certificados de las basílicas romanas, que llevan la data del 23 de diciembre inmediato posterior, y la *attestatio* a favor de la visita prescrita para el trigésimo séptimo quadrienio se otorgó el 14 de noviembre inmediato anterior.

12.1.1. *Relatio*

La *relatio* está suscrita por fray Gregorio Téllez en Ciudad Rodrigo, a 9 de diciembre de 1733, y de la misma destacamos los siguientes párrafos: *“In hac Dioecesi Civitatensi, nil speciale se ofert referendum circa statum materialem Ecclesiae, super iam dictum in relatione vestrae Sanctitati transmissa anno praeterito millessimo septingentessimo vigesimo nono; sicque ad formalem status ipsius rationem reddendam iuxta normam in Concilio Romano anni 1725 praescriptam accedo.*

Residentiae praeceptum a Sacris Canonibus impositum sum adimpletus; tantumque absentiam quindecim dierum pro consecratione Illustrissimi Episcopi Auriensis feci: totam Dioecesim per me, et vissitatores ad id deputatos in hoc quadrienio visitavi, et quam plurima loca illius, iterum atque iterum.

Per me ipsum sacros ordines temporibus praescriptum explevi; Sacramentum Confirmationis ministravi; Verbumque Dei, omniaque scitu necessaria ad aeternam salutem consequendam in visitatione proposui; insuperque circuivi per Missionarios Apostolicos, qui verbo pariter, et exemplo, uberes fructus paenitentiae, et virtutis perceperunt; stat autem depositarius poenarum, et pro bello contra infideles, et piis operibus applicantur.

Licet reditus huius Episcopatus tenuissimi sint, tamen divina providentia adjuvante sumptuosam ac magnificam capellam in Cathedrali Ecclesia

erigere potui, ex his qui, parce vivendo, praeteritis annis mihi superarunt, Deiparae Virginis Mariae de los **Dolores** dicatam: qua aequidem inexplicabili devotione honorifice collitur; adeo ut nulla alia in Civitate, nec Dioecesi reperiatur, ubi omnes et singuli majori cum fidutia, ac frequentia accedant supraemum ipsius patrociniū postulare. Verum cum adhuc flagrans sit in me desiderium majoris cultus occasione praestandi, simulque aeternae animarum saluti in purgatorio existentium prospiciendi, summopere fretus, et humiliter provolutus ex intimo cordis, Sanctitati Vestrae depraecor Altare ipsius Deiparae Virginis Mariae (unicum in eadem cappella existens) ex majori liberalitate Beatitudinis vestrae, plenariae ac perpetuae indulgentiae facere; non obstante, quod aliud (scilicet D. Yldephonsi) in eadem Ecclesia reperiatur: in cuius beneficii omniumque solatii tanti debitum, majoris nostrae gratitudinis officia indesinenter praestavimus.

Ad restaurandas, reficiendasque aliquas Dioecesis ecclesias pene dirutas, nec non etiam sacris vestibis, altaribus, et imaginibus ornandas, varias expensas feci, quemadmodum pro deaurando sacros calices, et patenas totius Episcopatus.

Tan canonici cathedralis, quam omnes alii choro addicti, eidem iugiter intersunt: suas habent peculiare constitutiones, et in earum observantia invigilant; sicut etiam obtinentes prebendam Poenitenciarum in audiendis confessionibus, et Theologalem in explicatione theologiae moralis.

Parrochi omnes in suis Parrochiis resident, docentes plebes sibi commissas, praecipue diebus dominicis, ad salutem necessaria; retinent cum magna cura matrimonii et baptizatorum libros, de quo in visitatione specialiter inspicitur. Pro ratione reddituum suarum ecclesiarum missas pro populo applicant dominicis diebus et festivis.

In collatione tan primae tonsurae, quam minorum et majorum ordinum statuta in Conciliis Tridentino et Romano novissimo, ad literam adimplentur; nec desunt conferentiae moralis ad quas omnes in sacris constitutis concurrunt; nulliusque scandali remedium speciale exigentis notitiam habeo.

Unicum est in Dioecesi Monasterium, ordinis nempe Praemonstratensis, curam animarum exercens, quod jurisdictioni, visitationi, et correctioni episcopi subest in his quae ad curam animarum attinent. Suumque munus fideliter adimplent; nullus est regularis extra monasterium degens; nec qui extra illud delinquat; sicut nec qui Grangia aliqua; omnesque in Monasteriis formalibus religiose vivunt, et iurisdictioni Ordinarii in his ad quae tenentur pacifice subijciuntur.

Moniales Episcopi jurisdictioni subjectae suas habent constitutiones; clausuram exacte custodientes; confessor extraordinarius illis offertur temporibus praescriptis, et tan illae, quam omnes confessarii ordinarii Monialium Regularibus subjectarum, non aliter quam praecedente approbatione episcopi confessiones excipiunt; Monasteriorum reditus et dotes pro ipsarum sustentatione oblatae, fideliter administrantur.

Non adest in Dioecesi Seminarium clericorum, ex cuius defectu oritur magna penuria ministrorum; et licet desiderium illud erigendi in me ferveat, media non supetunt propter tenuitatem redituum tan mensae episcopalis, quam capituli; solumque potest huic gravi necessitati succurri, si Sanctitas Vestra dignaretur aliqua beneficia simplicia in posterum vacatura ad hunc finem applicare.

In omnium, et singulorum sacristiis exposita est tabella onerum misarum quibus puntualiter fit satis; adimplendo omnia pia opera, sive a testatoribus relicta, sive ad lebamen miserorum constituta; Montes pietatis acurate visitantur, rationesque ab administratoribus exiguntur.

Haec sunt Beatissime Pater, quae possumus de grege nobis commisso vestrae beatitudini denunciare: omnes pietati inserviunt, et catholicam religionem auxiliis divinae gratiae mente illibata custodiunt...¹⁰.

13. D. CLEMENTE COMENGE

13.1. VISITA AD LIMINA: AÑO 1738

La primera de sus dos visitas *ad limina*, la segunda se ejecutó en 1745, y su memorial ha sido transcrito por Tellechea, tuvo lugar en 1738, y la realizó a través de su procurador D. José Romano, cuya súplica queda recogida en estos términos: "*Beatisimo Padre. Clemente Comenge moderno vescovo Civitatense della provincia di Compostella umillino oratore di vestra santità*

¹⁰ Todavía tuvo ocasión antes de la renuncia a la sede civitatense de cumplir la obligación de la visita *ad limina* en 1738, aunque no se ha conservado su memorial de la diócesis. Por la documentación disponible sabemos que otorgó nuevamente en Ciudad Rodrigo poder notarial a favor del procurador P. Bernardo Monterde, quien renovó la súplica al Santo Padre para que aceptara la designación episcopal y consiguientemente asumiera la ejecución mediante representante no diocesano, a lo que accedió el Santo Padre en la audiencia celebrada el 31 de mayo del año referido: *praevia absolutione a censuris, Sanctissimus annuit*. Se expidieron los certificados de las basílicas, por lo que afectaba a San Pedro, el 3 de junio de ese año, y el de San Pablo, al día siguiente, 4 de dicho mes y año, y la *attestatio* se expidió el 14 de junio inmediato posterior, correspondiendo al 38 cuadrinio.

espone umilmente alla medesima, como essendo entrato nella sua Diocesi à di 25 di Giugno prossimo passato di questo anno, non hà ancora possuto avere tutte le notizie necessarie per formare la relazione dello stato di sua Chiesa, giacchè ne prese il possesso alli 29. Aprile. Ma perche corre il quadriennio 39 della Visita de' Sagri Limini Apostolici, e desidera di farla quanto prima, conforme è tenuto, hà per ciò deputato à tal effetto il suo Agente Giuseppe Romano Cortese con tutte le facultà opportune. Supplica per tanto la Santità Vestra si degni di ammetterlo benignamente, promettendo l'Oratore, subito che averà compita la Santa Visita della detta sua Diocesi, di mandare la sudetta Relazione con tutta la dovuta formalità, come spera dalla somma clemenza di V. S. et Deus etc”.

El Pontífice Clemente XII autorizó la designación del procurador y ejecución del deber episcopal por su mediación en la audiencia celebrada el 9 de diciembre de 1738. La certificación de haber acudido el apoderado a los umbrales de las dos basílicas romanas se fecha para ambos templos en el mismo día, 14 de dicho mes y año, por lo cual pudo concederle la Congregación la *attestatio* el día 20 de diciembre de 1738.

En esta ocasión observamos un caso excepcional, porque la visita se considera válidamente ejecutada en lo que afectaba al 39 cuatrienio, pero se añade: *cum obligatione transmittendi statum diocesis intra dictum quadriennium*, asumiendo el argumento del prelado aragonés de su incapacidad para presentar correctamente la *relatio* de la diócesis, a causa del escaso tiempo desde su toma de posesión.

14. D. CAYETANO ANTONIO CUADRILLERO Y MOTA

14.1. VISITA AD LIMINA: AÑO 1767

Fiel ejecutor de sus deberes episcopales, D. Cayetano cumplió, al menos, en 1767 con el deber de la visita *ad limina apostolorum*, aunque no acudió personalmente a la Urbe, sino que nombró un procurador que le representase. El poder notarial, redactado en castellano, se fecha en Ciudad Rodrigo el 10 de abril del año citado, ante el notario apostólico Baltasar de los Reyes Cabezas, y en presencia de D. Manuel Díaz de Castro, D. Manuel Blanco Zedrun, ambos presbíteros, y D. Dionisio Pizarro, todos vecinos de Ciudad Rodrigo, como testigos rogados para asistir a dicho otorgamiento.

Las excusas alegadas por el prelado legionense resultan bien conocidas: *“por quanto por su Dignidad tiene obligación de pasar personalmente a la Corte Romana a visitar las Iglesias de los santos Apostoles San Pedro y San*

Pablo, prestar la obediencia a su Santidad, y presentarle la visita ad limina, lo que no puede ejecutar por la larga distancia que hay desde esta ciudad a dicha Corte Romana, graves negocios que le ocurren en este su obispado, y otras justas causas con que se halla". El representante designado fue D. José Díaz Guerra, auditor de la Sagrada Rota, con cláusula de poder sustituir, y con el cometido de actuar en nombre del prelado: "*visite las dichas Santas Iglesias, presente la Visita ad Limina, y preste la obediencia al Santo Padre Clemente Decimo Tertio en el modo y forma que se acostumbra, haciendo los demas actos, juramentos y ceremonias que sean necesarias, conforme a lo dispuesto por constituciones y bulas apostolicas, de manera que no falte requisito ni circunstancia alguna, presentando a este fin los memoriales y demas preces que sean necesarias, y haciendo todas las demas diligencias judiciales y extrajudiciales que se requieran*".

Atendiendo a las facultades otorgadas en el documento notarial, el auditor nombrado nombró como sustituto para esa actividad al clérigo D. José Malo, quien redactó una súplica al Santo Padre para que admitiera su oficio: "*Beatissimo Padre. Il vescovo di Città Rodrigo Oratore Umilimo della S. V. non puo venire personalmente a fare la visita de S. Limini per il quadrienio 45 scaduto, e 46 corrente; supplica umilmente per l'assoluzione per detta mancanza, come ancora per la facoltà d'adempire a detto obbligo mediante la persona del chierico Giuseppe Malo, al quale hà trasmesso la procura per detto effetto, come ancora lo stato della Chiesa. Che etc.*

El citado apoderado obtuvo del Pontífice Clemente XIII, previa absolución de las censuras, la autorización para ejecutar su oficio, y obtuvo la certificación de haber acudido a las basílicas de San Pedro y San Pablo el 2 de junio de dicho año 1767, mientras la *attestatio* del cuatrienio cuadragésimoquinto y cuadragésimo sexto, con la absolución, lleva la data del 2 de junio de 1767.

Aunque el memorial latino que presentó el obispo para cumplir con este deber no lo hemos localizado, sí podemos presentar la síntesis italiana de las valoraciones que hizo la congregación del Concilio ante el contenido de los hechos expuestos por el prelado civitatense, en un juego de hecho alegado por D. Cayetano y réplica romana:

"VSL del Vescovo di Ciudad Rodrigo in Spagna

I

In Ciudad Rodrigo non vi è stato mai Seminario, ne vi è al presente. L'odierno monsignore Vescovo, però ne ha intrapresa la fabbrica, e confida di poter arrivare a stabilire le necessarie entrate.

Si lodi monsignore Vescovo per questa sua premura, ed impegno, e se gli faccia coraggio a perfezionare l'opera con tanta gloria intrapresa.

II

Dall'anno 1572 fino al presente non è stato più celebrato alcun Sinodo Diocesano parte per la povertà del Clero, parte per le liti, che di quando in quando sopravengono.

Si stimoli monsignore Vescovo a convocar il Sinodo, il quale non potrà non essere ad esso di decoro, ed alla Diocesi di vantaggio.

III

Parlando del Clero Regolare riferisce esservi in un villaggio della sua Diocesi una chiesa Parochiale, nella quale dall'Abbate, o Monastero di Salamanca dell' Ordine Benedittino si deputa un monaco alla cura dell'Anime, e pretendesi, che detta Parochia non sia in alcun modo soggetta alla giurisdizione dell' Ordinario. Sono diversi anni da che al monastero, ed Abbate suddetto è stata intentata la lite nel tribunale della Sacra Rota; ma stante la povertà della mensa vescovile, si crede che detta lite non sia stata tirata avanti, e decisa.

Su di ciò conviene, primieramente osservare, che sebbene sia stato derogato al gius antico, dal quale si comenda cap. Monachi 2. de statu Monachorum, che nessun Paroco Regolare possa stare nella Parochia senza la compagnia di altri Regolari; e sebbene sia stato anche derogato alla Bolla di S. Pio V ad exequendam, nella quale si comanda, che almeno quattro Religiosi debbano dimorare nella stessa Parochia: pure Gregorio XIII ha decretato, e la Sacra Congregazione ha dichiarato, che il Paroco Regolare debba avere almeno un Socio Regolare, Garzia de Beneficiis p. 11. cap. 2, num. 13, ed altri molti Canonisti apresso lo Schmalzgrueber p. 4 tit. 37 De capellis Monachorum. Lo che posto, dourebbesi riprovare la pratica di tenere un solo monaco per Paroco nel citato villaggio. Siccome però vi sono alcuni, tra quali il Reiffenstuel che pretendono potersi introdurre il contrario per via di consuetudine, siccome di fatto dicono essersi in alcuni luoghi introdotto, così bisognerà vedere, se sussista nel caso la forza di tal consuetudine. Sarà duopo però stimolato Monsignore Vescovo a proseguire la causa, e difendere il suo jus contro l'Abbate, e Monastero suddetto.

IV

Due postulati fa Monsignore Vescovo. Nel primo espone, qualmente nella sua Diocesi vi sono molte Capellanie di tenue entrata; (sebbene in limine fun-

dationis pingui), e di molti pesi aggravate. Per questo motivo, attesa la consuetudine di tutto il regno di Spagna, furono ridotte dei passati vescovi, facto il computo di quatro reali di stipendio per ciascuna Messa. Con tal riduzione però non si è provveduto ne al decoro dei chierici, ne alla quiete delle loro coscienze. Non al decoro: imperioche stante le tenui entrate, celebrate che siano le Messe, alle quali sono obligati, poco o niente rimane al capellano per gli altri pesi delle capellanie, specialmente se non potendo applicare da per se le Messe, sia tenuto farle soddisfare da altri. Non alla quiete delle coscienze. Poiche i capellani di buona e timorata coscienza sono mossi da scrupoli sopra l'amministrazione dei frutti, dei quali dipende l'aumento dei suffragi. Quelli poi che vivono alquanto rilassati, difficilmente rendono conto nella visita della loro amministrazione, vendono i frutti sempre a prezzo infimo, ed i suffragi restano per lo più a soddisfarsi.

Domanda per tanto Monsignore Vescovo, che tutte queste capellanie di fondazione quasi tutte antichissime si riducano, fatto il computo delle rendite di cinque anni, assegnando l'elemosina di seis reali per ciascuna messa.

Io stimarei di dover rispondere al Vescovo, che renda informata questa Sacra Congregazione dei pesi annessi ai Capellani suddetti, della qualità, e numero delle capellanie, della quantità degli oblighi delle Messe, e sopra il tutto dei motivi, che muovono Monsignore a far questa domanda della riduzione; stante che dal suo postulato non apparisce esservi motivi, che bastino per concedere tal riduzione. Questo postulato va rimesso alla Congregazione Generale.

V

Nel secondo postulato riferisce Monsignore esservi nella sua Diocesi moltissime Messe perpetue lasciate in testamento da celebrarsi ogni anno a ragione di due Reali per ciascheduna d'elemosina, quale elemosina deve pagarsi dagli eredi, o legatari per titolo di alcuni poderi a ciò nominatamente dai testatori disegnati. Molti di questi eredi per la loro povertà sono incapaci di pagare detti stipendi; sichè dai colettori appena si raccoglie la metà dell'elemosine, che dovebonsi riscuotere, che anzi, soggiunge Monsignore Vescovo, in un villaggio detto S. Martin de Trebexo rimangono da soddisfarsi tre milla Messe.

Desidera per tanto Monsignore, che tutti questi oblighi di Messe si riducano ad un dato numero di Anniversari coll'intervento di tanti ministri, ed altri sacerdoti, quanto si stimerà opportuno, calcolando per ciascheduno 10, o 12 Reali in dote perpetua dei detti sacerdoti a proporzione del loro ministero, e frequenza ai detti anniversari. Desidera ancora Monsignore Vescovo,

che al clero s'imponga il peso di riscuotere dai suddetti eredi le dette elemosine di Messe.

Questo postulato appartiene alla congregazione Generale, a cui apparterrà ancora il rendersi maggiormente informata dello stato dell'affare, giacche non sembra ben espresso nel sudetto Postulato...", remitiendo al agente para que informe ampliamente, y admitiendo que se puede someter a consideración en la *piena congregazione*.

La *relatio* que se conserva tiene la peculiaridad de la suscripción, porque siendo manuscrita del obispo de Ciudad Rodrigo, la fecha de la misma parece pertenecer a un cuatrienio ulterior, puesto que en las notas de la secretaría de la Congregación del Concilio correspondientes al año 1767 no se indica que careciera de memorial relativo a la situación de la diócesis, y se alude a su entrega en la que se ha conservado, por lo que debemos interpretar que fue aportado el documento en ese momento, tal como indica el apoderado, que cumplió con el encargo, en la súplica dirigida al Santo Padre.

14.2. VISITA AD LIMINA: AÑO 1775

No hemos localizado los aspectos procedimentales del período sucesivo, salvo una *relatio*, en lengua latina, que contiene un lugar y fecha precisa: *Civitate hac Civitatensi Die 25 Augusti anno Domini 1775. Beatissime Pater. Caietanus Episcopus Civitatensis.*

14.2.1. *Relatio*

Puesto que nos encontramos actualmente ante el único memorial del prelado civitatense, para incorporarlo en la visita *ad limina* de ese año, merece que transcribamos íntegramente la *RELATIO*, a pesar de su extensión:

"Beatissime Pater

Anno millesimo septingentesimo sexagesimo septimo ex praescripto Constitutione Sisti 5. Sacrorum Liminum Visitationem fecimus per Procuratorem, vestramque Santitatem consciam redidimus per epistolam totius Dioecesis status juxta praescriptam in Concilio Romano methodum; cumque idipsum secundum eandem Constitutionem iterum peragere teneamur, et quamplurimis infirmitatibus usque nunc, aliisque fuiseum impedimentis detenti quominus personaliter munus hoc adimplere valeamus, Vestram Sanctitatem humiliter deprecamur, per procuratorem similiter fecisse immo satis ex benignitate Apostolica mihi dignetur indulgere.

De Ecclesiae hujusmodi Dioecesisque materiali statu, in nostra praecitata relatione dictum satis, omnia nunc manent, prout tunc erant, praeter pauca ut infra.

In marg.: Seminarium

Materialis est extractura Seminarii Domus Divina opitulante misericordia ex Mensae Episcopalis tenuis redditibus in integrum confecta, et dicata sub invocatione D. Cajetani ejus Patroni; sex namque abhinc annis ibi docent magistri Cantum, Grammaticam, Philosophiam, Theologiam Scholasticam, Moralem et Liturgiam, non utique tantum adolescentium turbam quae in ipso Seminarii sinu sub ejus Rectore, legeque praefinita commoratur continuo in numero abundanti juxta qualitatem, ac Dioecesis latitudinem; sed et alios quocunque seculares, quibus omnibus in aulis libere panditur aditus. Spiritualibus insuper exercitiis, aliisque piis instructionibus detinentur inibi pro tempore clerici cujuscunque gradus, vel ut perfectionem capiant, vel dum a recto debiant revertantur ad cor: ad alendos vero Seminarii alumnos, Magistrorum mercedem, aliasque impensas, simplicium beneficiorum unitorum fructus, ac pii operis redditus, eo ipso fine a quodam testatore fundati, suppetent nezesaria, quominus in Seminario spes sit, adimpleri posse mentem Concilii Tridentini, utinam igitur ut ipse exopto. Omnibus anni temporibus, precipue vero in Quadragessima explicatur in concionibus doctrina christiana modo cathequistico; pulcra nimis, ac ampla valde Seminarii publica ecclesia per me ipsum eo consecrata.

In marg.: Visitatio

Totam Dioecesim oppidatim per me visitandam suscepi in hoc ultimo quadrientio, ac in omnibus fere parocitiis confirmationis sacramentum ministravi; sacrosque ordines conferre curavi statutis a jure temporibus, et extra tempora aliquoties virtute concessionis apostolicae.

In marg.: Synodus

Dioecesanam Synodum nondum coegimus, allatae causae impedimento sunt hodie, ut forte fuerunt ab anno 1592, in quo ultima congregata fuit.

In marg.: Praedicatio

Cum non semel per me ipsum predicarim, viros idoneos ad Verbum Dei disseminandum per diversas Dioecesis plagas delegi ac misi.

In marg.: Taxa

Taxa quae observatur in Curia vel ipsa est Innocentiana, vel in minimo ab ea debeat; in Cancellaria vero omnia gratis expediuntur.

In marg.: Canonici

In Cathedrali Ecclesia quotidie, pro populo et benefactoribus Misam conventualem in cantu applicant Canonici, omnesque horas rite persolbunt; qualibet hebdomada capitulum congregatur juxta consuetudinem mane feria 4 ea vero impedita alia, quacunq̄e immediate post primam, omnesque qui capitulari intersunt congregationi hujusmodi, lucrantur distributiones quotidianas, nempe Tertiae, Misae conventualis, ac Sextae, quae interim ab aliis ministris persolbuntur; de cetero suis consuetudinibus utuntur, ac certis constitutionibus, seu statutis nulla, nec ordinaria (quod sciam) confirmatione suffultis.

In marg.: Parochi

Rectores omnes ceterique clerici cujusque respective munus, in residentia, verbi praedicatione, doctrina, Missae applicatione festibus diebus, habitu, ac honestate pro viribus adimplent.

In marg.: Ordines

In ordinum collatione Tridentini ad literam observantur decreta; clerici omnes, qui vitam peragunt statui consonam, pro disceptatione in doctrina morali conveniunt frequenter Dioecesis popellis, ac in Civitate, me Preside, qualibet hebdomada fit Congregatio pro conferentia morali.

In marg.: Regulares

Clerus regularis in Dioecesi correctioni, ac visitationi subest quoad curam animarum; Moniales vero jurisdictionis ordinariae obedientiam, paupertatem, clausuram, chorique asistentiam continuo colunt, et praeter Ordinarios, alios plures pietate et doctrina conspicuos signavi confesarios; subditae autem regularibus non aliter confesarios accipiunt, quam qui praebia ordinarii aprovatione licentiam in scriptis obtinuerint.

In marg.: Opera pia

Pia opera, testatorumque vota adimplere curavi, et populi mores eos ipsos nunc reperio quos in anteriori retuli, floret undique pietas.

Ut ergo magistri in sinu Seminarii commorantes cum minori ejus dispendio valeant commodius dotari, duas cappellantias tenuis redditus, et libere collationis totidem magistri conferre curavi, magisterioque hujusmodi perpetuo univi.

Prima cappellania ab Hernando Bote Pacheco fundata in nostra Cathedrali Ecclesia cujus annui redditus 700 regalia nostrae monete non excedunt, posidetur nunc cum onere adimplendi, seu aplicandi totidem Misas, quan-

tae facto computo pro unaquaque 4 regalium in ipsius proventibus numerentur.

Altero vero cappellania a Domina Berenguela de Ocampo, et Domino Antonio Maldonado in ecclesia D. Petri Civitatis fundata cujus annui proventus 500 regalia non excedunt, posideturque nunc cum onere quotannis 5 Misarum in cantu, totidemque aliae Misae aplicande, quante numerari valeant in fructibus, facto similiter computo 4 Regalium pro unaquaque.

Adest insuper et alia Cappellania fundata a Domino Francisco Martin in ecclesia oppidi Serradilla del Arroyo, quae anexa est paroeciae villae de Monte Sacro, a qua distat quatuor milliaria, cujus cappellaniae proventus annui 440 regalia non excedunt, et posidetur cum onere totidem Misarum, quantae numerandae veniant in quota fructuum, facto computo simili 4 Regalium pro cujusque eleemosina, quae quidem cappellania unita per me est Vicariae perpetuo in ejusdem Ecclesia erectae ad mentem Concilii pro alimentis Vicarii.

Tres hae cappellaniae etsi tempore foundationis, ut ex chirographis apparet, fuerint sufficienter dotatae, cum antiquissimae sint, protrauntur enim ante Tridentinum, temporum injuria depauperate sunt adeo, ut ipsarum redditus tenuitate atenta, ampliora Misarum onera a fundatoribus aposita reducta manent statu relato sententia nostrorum praedecessorum.

In marg.: Postulatum

Oro ergo EE. VV. ut atenta applicatione trium cappellaniarum, earum vetustissima antiquitate, quamplurimisque suffragiis, quibus potiti sunt fundatores, onus cujusque valeat adimplere posesor, 4 vel 5, Misarum applicatione pro quolibet anno, facta competentem declarationem reductionis earum.

Anno praeterito 1774 eo ipso tempore quo dicata fuit Ecclesia D. Cajetani Seminarii Patroni ex benignitate Apostolica indultum fuit beneficium plenariae indulgentiae a B. M. Santissimo P. Clemente 14 fidelibus omnibus, qui eodem die, ac per decenium in posterum die Patroni divinis ibi interessent officiis. Ab eodem insuper Santissimo Patre indultum fuit, similiter ad decenium, ut qui Quadragesimae tempore hac in Ecclesia doctrinae christianae explicationem audiant, eas omnes indulgentias, quas Apostolica Sedes audientibus doctrinas sacras concessit, valeant adipisci.

In marg.: Postulatum

Ut ergo ad Ecclesiam fidelium concursus foveatur, et pietas pro EE. VV. ut hujuscemodi indulgentia plenaria perpetuo in posterum concedatur pro Die, ac festivitate D. Cajetani Seminarii Ecclesiaeque Patroni: et ut alia

similiter plenaria indulgentia perpetua fidelibus impertiatur omnibus, qui in eadem ecclesia per tres dies quolibet Quadragesima audierint integram doctrinae explicationem modo cathequistico, quo frequenter exponitur ibi, praebita poenitentia, ac communionis sacrae refectione.

Ea enim sunt Eminentissimi Patres quae de grege commiso enunciare valeo. EE. VV. utinam favore meo muneri fecissem satis; veniam interim submisse precor, ac monita vestra, ut a recto debium corrigam exopto, Deumque quoad vivam pro EE. VV. incolumitate peremni deprecabor”.

15. D. PEDRO RAMÍREZ DE LA PISCINA

D. Pedro Ramírez de la Piscina ejecutó en dos ocasiones la visita *ad limina*, la primera de las cuales ha sido recogida y transcrita literalmente por Tellechea Idígoras, correspondiente al primer periodo de su gobierno: 6 de mayo de 1815 hasta el 27 de diciembre de 1820.

15.1. VISITA AD LIMINA: AÑO 1825

El obispo de Ciudad Rodrigo, residente en la capital de España, redactó un nuevo memorial, que fecha en Madrid el 28 de noviembre del mismo año, y que incluye su propósito de dar cumplimiento al deber de visitar los umbrales de los Apóstoles, que le correspondía durante ese año.

La nueva visita se realiza a través de un procurador italiano, canónigo Serafino Viviani, quien presenta al Santo Padre la súplica acostumbrada en lengua italiana, que es entregada en la Congregación, junto a una carta privada de apoderamiento, cuyo original se redacta en castellano, expedido a su favor y suscrito por el obispo, con data en Madrid el 27 de noviembre de 1825:

“Sr. D. Serafin Viviani Canónigo

Muy señor mio: doy a Vd. en la forma que puedo el poder necesario para deputar un sacerdote, que en mi nombre haga la Visita ad Limina A.A.; y al mismo tiempo para presentar por si, ó por otra persona, que tenga aptitud para ello, la relacion del estado de mi Yglesia y Obispado; pues no conozco en Roma sacerdote de mi obispado, ni otra persona, que haga lo que indica el poder, que doy a V. En Madrid a 27 de noviembre de 1825. Pedro Obispo de Ciudad Rodrigo”. Rubricado.

Este canónigo cumplió con el deber de visitar las basílicas, porque el certificado de su presencia en San Pedro y San Pablo se fecha en la Ciudad Eterna, el 18 de enero de 1826.

15.1.1. *Relatio*

La *relatio* y cumplimiento del encargo fueron aceptados por el Papa en la audiencia del día 25 de enero de 1826, y "*data fuit attestatio pro sexagesimo quadriennio, die 20 decembris 1825 expirato*".

Al no residir en Ciudad Rodrigo, la descripción de la diócesis y sus incidencias más significativas se contienen en un texto breve: "*Sacrae Concilii Congregationi. Pro sacrorum liminum visitatione, et relatione status Ecclesiae Civitatensis. Emminentissimi Patres. Romae 2 Maii 1825. Parique benignitate Sanctitas sua ad munus Visitationis explendum, tam pro praeteritis quam pro occurrenti 59 quatrienio, die 20 decembris 1820 expiratur, admittit sacerdotem Petrum Giannini. Romae etiam, die 12 Maii 1825 Sacra Congregatio responsum dare dignata est meae Visitationi; cui aliquid adjicere liceat.*

In primis. Ordinatione Regis ad audiendas confesiones Reginae nostrae, anno 1819, busque nunc destinatus, Regem et Reginam in angustiis sum committatus.

Sum Dominus Lumbrales, La Redonda, Bermellar, Monsagro, et Sepulveda; et habebam jus confirmandi electiones iudicum Municipium; et ob id parvum jus, seu emolumentum; et nunc, tantum, habeo titulum. Super id idem in vanum demandavit Episcopus Salamanticae: qui, etiam, cum apud Galitiam fugitivus Gallica invasione remaneret, suus Gubernator Ecclesiasticus vendidit Mytrae quoddam oppidum, et post reditum ad suam Dioecesim, venditionem recusavit; et amissit litem cum expensis, ante annum 1820. Idem accidit Capitulo meo, cum demandasset in prima, secunda, et tertia instantia venditionem, Sede vacante factam, et recuperationem duarum, quae remanserant ex venditis domibus, et quoddam agro. In Sancta Visitatione ordinavi recuperationem rerum immobilium venditarum, Sede vacante, a quibusdam Monialibus, sed in casum, deficiente argento recepto.

Magnum dolorem, non vero admirationem afferre devuit Emminentissimi Patres paupertas Ecclesiarum; atamen in Santa Visitatione, sit Deus Benedictus, Populos ad pietatem erga Sanctissimum Sacramentum, exhortatione et exemplo, non in vacuum excitavi. Percipientes decimas, non obstantibus Tridentini dispositionibus, ad oleum ad id praebendum cogere valde arduum est. Doleant etiam Emminentissimi Patres de statu Ecclesiae

Catedralis; sed non mirentur constituta a S. C. Tridentino in presenti casu obstringere Canonicos non videntur. Episcopus nihil recipit de Cathedrali, et suis expensis, imo aere alieno, absque eius mandato, gravi morbo in aliena domo yacente, ne sub diu vitam degeret, caritate accensus pius sacerdos aliquam partem Palatii destructi, et absque textu, restauravit; altera, usque nunc, inrestaurata remanente. Sed Deo bonam manum dante, Ecclesiae, earum ornamenta, et alia reficiuntur.

Moniales in clausura demorantur, praeter eas, quarum conventus in militum habitationem deservit; earum tamen duae, in clausura vivunt extra Dioecesim. Religiosi etiam custodiunt clausuram, quanvis eorum conventus adhuc non sunt plene restaurati ob argenti penuriam. Sed, ¡prohu dolor! multi sunt secularizati, quorum aliqui in ovile, redierunt. Referebam quod in domo Seminarii, non in Seminario, locata Canonicis regularibus morabatur mulier ad coquendum cibum, sicut tunc in aliis domibus Religiosorum.

In Seminario, enim, mulieribus nunquam patuit aditus. In eo pene restaurato docentur Sacra Scriptura, Theologia Scolastica, et Moralis, Vera Religio, Historia, et Disciplina Ecclesiastica, Philosophia, et Lingua Latina.

Desideratur Concilium, post horribile naufragium in Hispania, ad repellendam haeresim, impietatem, et tot tantaque mala, quae ex scriptis, et locutionibus impiorum irrepsere, deficiente Tribunali (Inquisitionis), non ab omnibus laudato, sed de Catholica Hispania optime merito. Desideratur Concilium Sanctum, et legitime autoritate Apostolica congregatum, ad agendum de rebus in visitatione mea relatis, et quae nunc refero; de moribus componendis, de Fide augenda, de vulneribus medendis in tanto conflictu inflictis, et demum de tot adversis quae ex venditione hypothecarum Piorum Legatorum et Cappellaniarum evenisse retuli, et ab aliis Episcopis relata non dubito. Onera, enim, Missae et aliae obligationes non adimpleantur propter non solutionem reddituum ex argento imposito, Cappellanis et caeteris qui jam representaverunt. Ideo ad Romanum SS. Pontificem pertinere videtur, super his, justum et pium decernere, et providere; maxime cum neminem fugiat, longo ab hinc tempore, Concilia, nec Synodos non celebrari; nec nunc pacifice, et ut oportet celebrari posse.

Canonici Ecclesiae Civitatensis observant leges, pias consuetudines et caeremonias caeremonialis, praeter eas, quae vel non sunt receptae, vel jam ex consuetudine invaluerunt.

Quod de Comisario Bullae Cruzeatae retuli, explicatione non indiget; maxime cum ab eo, meo monitu, declaratum sit quod Sacerdotes, qui tribus primis diebus maioris hebdomadae vesci carnibus poterant; et non ovis,

nec lacticiniis; deinceps, nec bis, nec illis utantur in eis; Utinam mederetur etiam, multis peccatis, quae ex non receptione Bullae, seu gratiae ad edendas carnes oriuntur.

Matriti die 28 novembris anno 1825. Petrus episcopus civitatis.
Rubricado.

15.1.2. Contestación de la congregación

La respuesta de la Congregación del Concilio al informe precedente se fecha el 27 de junio de 1829, y un destinatario directo: *Pro Episcopo Civitatis.*

Su tenor literal es el siguiente: *“Amplissime Domine. Litteras Amplitudinis tuae datas die 18 Novembris anni 1825 acceperunt suo tempore Patres Eminentissimi Tridentini juris interpretes, easque, licet responsio tantum illa sint ad ea, quae S. Congregatio a se animadversa relationi tuae rescripserat, pastoralis tamen relationis loco usque ad quadriennium sexagesimum admittendas duxerunt. Ceterum non dubitant te in posterum de statu dioecesis tuae pro tua sedulitate, et in Sedem Apostolicam observantia, accurate et ad normam et praescriptum Benedicti XIV esse relaturum.*

Sperabat Sacra Congregatio audituram, quod jure dolebas amissum, quinque illorum oppidorum, et aliquot fundorum ad mensam Capituli, et ad Moniales pertinentium dominium a te fuisse recuperatum. Verum cum ignoret an curas et conatus tuos, quos ceteroquin tibi gratulatur, optatus sit exitus consequutus, non potest quin te ut omni ope instare pergas proposito etiam atque etiam hortetur.

Quod item de incommodo illo dictum vult adeo adverso reverentiae maximae Sacramento Augusto debitae, quod in aliquibus parochiis lampas ejus cultui perpetuo accensa propter egestatem non habeatur. Cui rei ut provideas, si nondum alicubi provisum sit, freti pietate ac zelo Amplitudinis tuae, plane confidunt Patres Eminentissimi, nihil te praetermissurum eorum, quae suggerit Concilium Tridentinum, aut quae ipsi pietati, sapientiaeque tuae magis opportuna videbuntur.

Ad ea quae de Sacra suppellectile, et Ecclesiae fabrica inculcaverat Sacra Congregatio, rescribis sacra ejus ornamenta, et alia refici. Necessarias ejusdem Ecclesiae restorationes per haec indicari existimant Eminentissimi Patres: velint tamen fieri certiores quid sit cur decreta in eam rem Concilii Tridentini perfici nequeant. Certum est enim esse omnino Episcopi omni ope studere, ut omnia removeantur impedimenta quaecumque obsistant, quominus ad ejusdem praescriptum Ecclesiae fabricae prospiciatur.

Neque minus esse Amplitudini tuae censent in eam curam incumbere, ut, quotquot isthic regulares extra claustra degunt, in ea iterum sese recipiant, eosque suadere, si legitimae adfuerint causae, ut Apostolicam impetrent facultatem. Ceterum magnam sane spem in tua pietate de religione positam habet Sacra Congregatio fore, ut Caenobiorum regularium instauratione, si nondum absoluta sit, quamprimum absolvatur, et ipsi praeterea Canonici regulares in sua Monasteria redigantur, neque jam conductis utantur aedibus, nisi justis de causis id accidat, quas tamen optassent Eminentissimi Patres sibi declarari.

Aegre quidem ferendum est, dioecesanam apud te Synodum nullo pacto in praesentiarum convocari posse: eoque monent, ut ea saltem perficias, quae, Synodi loco, maxime inculcat Benedictus XIV De Synodo dioecesana libro 1 c. 2 & ult. Meminit etiam Sacra Congregatio se superioribus suis literis animadvertisse Apostolicae Sedis auctoritatem esse tibi obtinendam, ut pensionem vacantibus parochiis imponeres presbyteris subsidiariis adtribuendam: proinde gratum habuisset cognoscere quid ea de re consilii ceperis.

Denique, eo tempore, quo cum munere fungebaris Confessarii Reginae Hispaniarum tibi necesse fuerit manere Matriti, id te fecisse persuasum est Patribus Eminentissimis facultate Apostolica munitum; quae omnino necessaria est, cum de absentia agatur a Dioecesi non temporaria, de qua cognoscere sit Metropolitanus, sed de permansione extra illam, cujus causarum cognitio ad ipsam Sedem Apostolicam pertinet.

In marg.: La Regina è morta, e la nuova proveniente da Napoli, non anderà a cercare per suo Confessore il Vescovo di Città Rodrigo.

Atque haec mandato Sacrae Congregationis habui rescribenda Amplitudini tuae, cui me et summo studio deditum profiteor, et omnia spondens officia salutarem, fausta omnia precor a Domino. Amplitudinis tuae”¹¹.

¹¹ Puesto que en 1829 tenía que cumplir nuevamente con la obligación del cuatrienio, primeramente presentó una súplica a los cardenales de la congregación para que le concedieran una prórroga de seis meses, la cual le otorgaron die 28 decembris 1829 *ad sex menses cum relatione*. También en esta ocasión no acudió personalmente a Roma, sino que redactó una carta y nombró como su procurador al prelado José Antonio Ribadeneira, que haría sus veces en las ceremonias prescritas y en la entrega del memorial, con suscripción en Ciudad Rodrigo a 26 de noviembre de 1829. El texto latino, fechado en Miróbriga en los *idus* de septiembre anterior, resulta bastante breve, porque no podía recoger más que datos puntuales de la diócesis, dado el escaso tiempo desde su regreso de la Villa y Corte. La transcripción literal de la *relatio* ha sido publicada en letra impresa por Tellechea Idígoras, y de su contenido observamos que la muerte de la reina doña María Josefa Amalia, a la que servía como confesor, tuvo lugar el 17 de mayo del mismo año, matizando: *ad meam dioecesim, post paucos dies, me contuli, die septima junii*. Comenzó por segunda vez la visita del territorio, pero *“in primis parrocos non paucos, reperii, qui quibusdam novitatibus*

15.2. VISITA AD LIMINA: AÑO 1833

Todavía tuvo el deber de visitar la Urbe y prestar obediencia al Papa en 1833, pero optó por presentar una nueva instancia a los miembros de la Congregación del Concilio, para que le concediesen una prórroga de su ejecución:

“Eminentissimi e Reverendissimi Signori. Pietro Emmanuele Ramirez de la Piscina Moderno Vescovo di Ciudad Rodrigo, oratore Umilissimo delle Eminenze Vostre trovandosi in età molto avanzata, ed a effetto da più incomodi di salute, Supplica perciò umilmente le lodate Eminenze Vostre Reverendissime, perchè vogliano benignamente degnarsi concedergli una graziosa proroga per trasmettere in Roma la relazione dello stato della sua Diocesi per la visita ad Limina e ciò per il motivo di sopra indicato. Che etc.”.

Esta instancia fue presentada al Santo Padre, y aceptada en la audiencia celebrada el 6 de febrero de 1834 *previa absoluteione ad cautelam ad biennium*, de modo que no estuvo fuera del plazo autorizado, al fallecer en agosto de 1835.

adebessere; ex eis quosdam punitos secundum legem, quosdam etiam admonitos, et omnes absoluteione censurarum dispositi, in suis parrochiis inserviunt, quibus, cum ad me se presentaverint, quaedam cum caritate, ut Pater, prae oculis habere ostendi”. El seminario estaba totalmente recuperado, aunque no todos los seminaristas mantuvieron su vocación religiosa. Gracias a la providencia divina contaba con suficientes sacerdotes. No encontraba necesidad alguna en la catedral y únicamente observa: *“Parroquia Sancti Ysidorii paucos habet parroquianos, et clausa manet, valde destructa interius, post bellum. Eius Parrocos satagit suorum in Parroquia Sancti Joannis, cui servit ut Economist, quia electus ab Ordine Sancti Joannis de Malta noluit se subicere examini Episcopi qui ei colationem noluit conferre*”. El prelado citado, como apoderado de D. Pedro, visitó las basílicas de San Pedro y San Pablo, los días 8 y 10 de enero de 1830, respectivamente, y su *relatio* correspondía al 61 cuatrienio, convalidando el Pontífice en su audiencia del 11 de enero de dicho año, y *data fuit attestatio pro 61 quatriennio die 20 decembris 1829 expirato*. La Sagrada congregación del Concilio examinó la *relatio* y emitió una respuesta el 14 de septiembre de 1830, dejando constancia de la dúplica del obispo a las preguntas que le formuló en 1827 la congregación romana, en modo satisfactorio para el sentir de los cardenales.

